

cum fuerit ut sit sibi us ac
opib[us] suis metuendis du-
nacrum. **N**on enim nichil
recedit nisi operatus minima
laborans; secundum enim
eos quidem quod credimus
et ceteris enim omnia cum
memoranda sunt talia inqui-
tudinibus et impetuibus. **A**lio
tempore enim invenimus
etiam in aliis.

Nec monitas et opium ut
inculis imponerunt ut in
et negliguntur et et quis
homines occurrunt. **S**ed in
unum huc um sine alio au-
ton regat ad salutem et
et equilibrio statu[m] et
mucum hunc prout
dum calidum modo sit
multo rursum excedit.

Tom. Pirull. 54.

~~G. H. E.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

IV-42.

SIGNAT. ~~clxix~~ CCCXIII.

Pir.



DISPV TATIO
D E P E C C A
 TO ORIGI
 N I S.

IN ACADEMIA FRAN
 COFORDIANA.

Præside

ANDREA MUSCVLO.



FRANC OFORDIAE MARCHI
 ONVM, ANNO M. D.
 LXXXVI.

E 14-

E 15



I.
NTER PRAECIPVOS SA-
cræ scripturæ locos, primarius est de pec-
cato Originis. Nam ex hoc tanquam ex
fonte manat ac fluit cognitio & cœlestis
scientia, de hominis à Deo auersione,
de eiusdem naturæ horribli depravatione, & nunq;
satis deploranda corruptione.

II.

Neq; doctrina de libero arbitrio hominis ani-
malis siue Adamici, satis dextre & perspicue, nisi ex
hoc loco, cognosci & intelligi potest.

III.

Ex eiusdem quoq; loci fonte deducitur & deriuat-
ur hominis peccatoris conuersio, regeneration
& renouatio per Spiritum sanctum, in verbo præ-
dicato auditio, & credito.

IV.

Hanc itaq; de peccato originis doctrinam,
maximi semper in Ecclesia mometi, & in hac vltima
sine dubio, Religionis Christianæ instauratione, vix
ex Cimierijs tenebris in clarissimam lucem meridi-
anam reductam, denuo paucis annis elapsis, in li-
tem & controversiam vocatam, imo satis densa ac te-
tra caligine obscuratam, merito deploramus.

V.

Vt autem huius doctrinæ restitutam lucem &
traditam puritatem, ad posteritatem transmittamus,
remotis maculis & sordibus recens adeò affixis, pu-
taui necessario, in Schola nostra de peccato origi-
nis, placidam & amicam collationem instituendam
ex fontibus Israëliticis deductam.

Testan-

VI.

Testantur itaq; sacra Eloquia passim & vbiq; naturam humanam inuidia Diaboli, in ipsis statim primis parentibus, horribilius ac pernitiosius corruptam ac depravatam esse, quam captu humano, vel cogitatione etiam assequi quis possit.

VII.

Hanc autem corruptionem, prauitatem ac pestem veteres & recentiores Ecclesiæ Doctores usitato vocabulo appellant peccatum Originale.

VIII.

Quo Satan totum hominem, intus & in corte, secundum interna & externa membra corrupit ac deprauauit.

IX.

Intus : Animam, cor, mentem, vires omnes ac gubernatrices potentias, intellectum, voluntatem, rationem & affectus.

X.

Foris, omnia externa membra, ita ut guttur sit sepulchrum apertum, lingua dolis plena, venenū aspidum sub labrijs, os execratione & amarulentia repletum, pedes veloces ad effundendū sanguinem, & à D. Paulo Rom. 3. recitata, & Psalm. 5. & 13.

XI.

Scriptura verò sacra, hoc malum originale varijs ac multiplicibus nominibus, eò quod verbis & eloquijs humanis magnitudo huius exitiose pestis satis exprimi vix possit, appellat, cogitationem

A 2

intentam

intentam ad malum omni tempore. Sensum humani cordis promptum in malum ab adolescentia Gen: 6. & 8. immundam massam Iob. 5. immundum semen, Iob. 45. Conceptionem & natuitatem in iniuitatibus & in peccatis, Psalm. 51. Ceruicem ferream, frontem æneam, cor indomitum, lapidatum, peruersum & incircumcisum, hinc inde in Prophetis: Animum malitiosum, malitiæ radicem, defectum boni & relictum malum, 3. Esd. 3.

XII.

Christus vocat progeniem viperarum, Matthœi 3. Hominem seruum peccati, ex Diabolo esse, desiderijs eius obsequi, Ioan. 8. Carnem, quæ nihil prodit, Ioan. 6.

XIII.

D. Paulus appellat legem peccati, Seruum peccati, legem membrorum, corpus mortis, carnem luctantem contra Spiritum, veterem hominem, externum hominem, Adamicum & animalem hominem, &c. XIII.

Veteres Ecclesiæ Doctores nominarunt venenum omnium vitiorum, fontem ac lernam omnium malorum, contagiosam maculationem, inquinamentum naturæ, naturam peccatricem, & similibus Epithetis exprimunt & exaggerant hoc malum Originis.

XV.

Sanctæ memoriae Lutherus, dicit esse morbum, lepram spiritualem. Satanæ venenum, & eiusdem imaginem. Rationem inimicam Deo, voluntatem aduersariam voluntati Dei, corpus defœdatum concupiscentia, Furorem libidinis, Malum incurabile

curabile viribus humanis, Mortem spiritualem.

XVI.

Veteres & noui Pelagiani, malum hoc malitiose, impiè & mendaciter extenuantes, vocant languorem, defectum, fomitem peccati, concupiscentiam prauam, fœdam ac brutalem, Accidens malum in natura bona.

XVII.

Nos verò, ambulantes in lumine accenso in hac senecta mundi, quod adhuc ad breue tempus nobiscum erit, sic sacrī eloquīs edocti, & consensum Catholicæ Ecclesiæ firmissimè tenentes, dicimus peccatum Originis esse non tantum morbum, defectum, peccati fomitem, brutalem concupiscentiam, veletiam accidens malum, sed ut defectum, priuationem, parentiam & absentiam boni, sic etiam positionem præsentis & efficacissimi mali.

XVIII.

Non enim in peccati Originalis explicazione tantum considerandum, quid amiserimus bonorum, sed etiam quid acquisiuerimus nobis malorum.

XIX.

Sic enim & scriptura Originali corruptioni, non tantum impotentiam ad bonum, sed etiam sumimam potentiam tribuit ad malum.

XX.

Est ergo peccatum originis, non tantum priuatio originalis iustitiae, sed etiam inordinata dispositio omnium principalium partium ac potentiarum animæ ad malum.

XXI.

A 3

Nam

Nam in corrupta ac depravata humana natura non solum est priuatio aut defectus bonarum virium, prioris bonae formae, sed & positio & habitus ad omne malum, contrarius primae formae aut imaginis.

XXII.

Recte ergo dicitur, peccatum Originale esse amissio imaginis Dei, & acquisitio imaginis Satanæ.

XXIII.

Experiuntur etenim omnes Sancti & renati ex supernis, in certaminibus spiritualibus non tantum absentiam aut impotentiam bonarum virium, sed & perpetuam ad prauas cogitationes, cupiditates, affectus, & conatus inclinationem.

XXIV.

Hinc etiam recte & pie dicitur homo, non in solis accidentibus aut qualitatibus qualibuscumque, sed in tota essentia corruptus ac depravatus esse.

XXV.

Corrupta autem tota hominis essentia, & accidentia & qualitates corruptas esse, necesse est fateri.

XXVI.

Commoda ergo & apta, atque sacris Dei eloqujs consentanea definitione, & homo Adamicus seu animalis dicitur esse rationalis creatura spoliata suis viribus a latrone Diabolo, ac graui & leta li vulnere sauciata, carens amissa vera notitia Dei in intellectu, atque amissa obedientia congruente cum lege Dei, in voluntate, nihil nisi malum cogitans, & concupiscens peccatum omni tempore ab infancia, legi peccati inseruiens.

XXVII.

Sic

Sic corruptus homo, atq; à Deo auersus, conuersus autem ad Sathanam, nihil minus percipit & intelligit q; ea quæ Dei sunt.

XXVIII.

Amisit enim amissis omnibus bonis, simul & omnē vim percipiendi, cogitandi, ratiocinandi, & assentiendi verbo prædicato.

XXIX.

Imo iudicat & omnia quæ Dei sunt, meram esse stultitiam, falsas verò ac impias doctrinas, percipiendo, cogitando, ratiocinando & assentiendo, utraque manu amplectitur.

XXX.

Sic est & in eodem naturaliter, nihil nisi lex peccati, captiuans eum sub legem peccati, ideoq; seruit tantum ei dominanti peccato, & desideria Sathanæ agit & perficit.

XXXI.

Quin & in ipsa conuersione luctatur contra Spiritum, ac ponit opus regenerationis in contradictionem & stultitiam.

XXXII.

Ideoq; non incommode hic idem homo Academicus dicitur peior esse luto, trunco, aut statua, quia in hanc agit statuarius pro arbitrio ut in materiam mere passiue subiectam.

XXXIII.

Recte itaq; sacra scriptura in conuersione omnia homini huic animali adimit, & soli Deo omnia tribuit.

XXXIV.

Quare

Quare sic edocti ex sacris eloquijs, confiteamur in verbo prædicato, auditio & credito, propriam nostram turpitudinem, confusionem faciei, & soli Deo gloriam tribuentes, dicamus cum Esaia Cap. 64. Ecce tu iratus es, & peccauimus, in ipsis sumus semper, & saluabimur, & facti sumus immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiae nostræ, & cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostre quasi ventus abstulerunt nos. Non est qui inuocet nomen tuum: qui confurgat & teneat te, abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. Et nunc Domine, Pater noster es tu: nos verò lutum: & factio noster es tu, & opera manuum tuarum omnes nos.

Q:

- I. An homo secundum substantiam vel accidens corruptus.
- II. An iustitia Originalis præcipua pars Diuinæ imaginis.
- III. An Deus ipsam essentiam hominis creauerit ad imaginem suam.
- IV. An peccatum substantia hominis, vel homo substantia peccati.
- V. An homini Adamico non sint exemptæ bonæ vires, sed tantum debilitatæ, vt non possit easdem exercere.
- VI. An corruptio sit accidens malum in subiecto bono.
- VII. An homo animalis nihil quidem posset solus in rebus spiritualibus, plurimum autem accedente auxilio Dei.

G.S. F.S. Christophoro
Finis.

ULB Halle

002 378 663

3




mus in hoc seculo. **H**uc uero
anno quam merendum ad
dictis apostolis sequitur
et dicit. **L**eputantias quam
utramque speciem. et in multis
donem grecie uenit xij. et car-
uando ut dicitur xiiij. **N**on
ergo seculo quasi quadragi-
simam ducentas celebra-
mus. cum uenit uimus.

Avit. cestantur se
e sacerdoti scripturam. **I**n
hoc numero consistet
et uenit nostis. **N**am
res quodraginta di-
uinauit. et helias
n. et ipse dominus n.
ave ne ille apic. **H**ic
in numeri implicantur
scilicet significatur. **I**te-



B.I.G.

Farbkarte #13



DISPV TATIO
DE PECCA^T O ORIGI,
N I S.
IN ACADEMIA FRAN-
COFOR DIANA.

Præside

ANDREA M V S C V L O.



F R A N C O F O R D I A E M A R C H I-
O N V M, A N N O M, D.
L X X V L

E 14-

E 15